



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. De pœnis jure statutis in usurarios manifestos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tales sunt facti, vel iure, ita ut per facti evidentiam constet, palam usuras exigendo, usurarios illos esse, vel per iudicis sententiam, aut factam in iudicio confessionem, quæ iuris evidentia est, de crimine usuræ confessi vel condemnati sunt, vel per legitimos testes de visu, aut de fama & opinione communi deponentes, per coniecturas alias aut iudicia aperta ac gravia, ex libris rationum v. g. petita, quod soleat merces supra iustum pretium vendere ob dilatam solutionem, vel quod res emat, cum pacto de retrovendendo, quando majus eorum pretium erit, vel quod fructibus sibi re-

servatis iustè vendere talia possit depon-  
bentur usurarii.

§. II.

*De penis iure statutis in usurariis manifestis.*

Multe sunt pænz in iuribus statutæ in usurarios manifestos quia tamen nemo vult hoc vitio hinc manifestè laborare, nulla est enim de ferendarum necessitas, præsertim cum multæ pænz hodie sint vitioz, ut deatur de his Auctor, Method. hinc sequenti. §. 3. §. 4.

## TITVLVS XX DE CRIMINE FALSI.

§. I.

*De Crimine Falsi in genere.*

Falsum in genere dici potest immutare veritatem: ad crimen autem Falsi tria requiruntur. Primum ut pervertatur veritas. Secundò ut dolo malo id fiat, sive animo corrumpendæ veritatis, in alterius fraudem. Tertio ut falsitas talis committatur cum notabili damno alterius; sive deinde dicto seu verbo, sive scripto, sive re seu facto (falsam v. g. monetam cudendo, falsa pondera faciendo &c.) sive usu aut potius abusu committatur, falsis probationibus utendo &c. Pœna autem criminis falsi de iure civili hodie arbitraria est, major,

aut minor pro diversitate delicti & circumstantiarum.

§. II.

*De Crimine Falsi, quod committitur circa testes.*

Crimen falsi à teste committitur, si fallax ille testimonium dicit & dolo malo in iudicio deponit, veritatem occultet aut supponit, vel libenter alium ad dicendum falsum testimonium, prout ex c. Falsitas a testimonio, prout ex c. Falsitas a testimonio, & quamvis de iure civili pœna sic talis testis falsum deponens, quæ est alterius falsitatis, de iure canonico Clericus falsum deponens officio deponitur, & alia pœna Canonica.